



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censuris, In Qua Sex Disputationibus De Poenis Ecclesiasticis, deque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Pvnct. vlt. De dispositione & degradatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76667)

10 Decima refert S. Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 4. de suspensione ex quodam privilegio Clementis IV. incipientis *Imperialis altissima*, ubi fratres Ordinis Prædicatorum perturbantes officium Inquisitoris exercitum à Fratribus, Minoribus, vel à contra Minores idem officium à Prædicatoribus exercitum perturbantes suspenduntur ab exercitio factorum ordinum, donec absolutionem à Sede Apostolica, vel ab illo cuius officium perturbant, obtineant. Sicuti notavit Henric. lib. 1. cap. 40. num. 3. Sayrus plures referens, lib. 4. c. 13. n. 13. Bonac. 1. 3. disp. 3. q. 8. p. 16.

11 Tandem idem S. Antonin. 3. p. tit. 27. cap. 4. de suspens. refert Clementem IV. in favorem Ordinis Prædicatorum statuisse, ne ex illo Ordine promoti ad Episcopatum, vel aliam Prælatorem regimen seu consecrationem suscipiant, quin prius libros, & alia omnia quæ ante promotionem habebant, Ordini restituant.

Alia sunt suspensiones communes Episcopis, Clericis, & Religiosis, de quibus *superius* actum est, simulque expiata sunt, quæ Capitula, Conventus, seu Communitates afficiunt.

PUNCTUM vlt.

De depositione, & degradatione.

- 1 Que sit depositio?
- 2 Depositio simplex, & absoluta Clericum privilegio fori, & canonis non denudat, nisi expressè in sententia exprimat?
- 3 Temperatur hæc doctrina, si incorrigibilis declaratur.
- 4 Enumerantur crimina, ob quæ Clericus deponi in perpetuum potest.
- 5 Poena degradationis privatur Clericum statu clericali.
- 6 Degradatio alia est verbalis, alia realis.
- 7 Quis possit Clericos degradare?
- 8 Que requirantur ad degradationem authenticam?
- 9 Actualis degradatio, & realis sit ab Episcopo.
- 10 Forma actualis degradationis.
- 11 Hæc degradatio frequenter fit præsentie Iudice seculari.
- 12 Refertur crimina, ob quæ Clericus in sacris venit actualiter degradandus.
- 13 An ob alia crimina possit Clericus degradari, examinatur.
- 14 Quis possit deponere, & degradatum in suum pristinum statum restituere?
- 15 Solus Episcopus absque consensu Capituli, hanc dispensationem præstare potest.

Depositio prout in præsentia sumitur, est poena Ecclesiastica privans Clericum officio, vel beneficio in perpetuum, & ex iure ordinario irremissibiliter. Convenit cum suspensione perpetua, & ferè ab illa non differt, nisi in maiori difficultate obtinendi dispensationem. Per depositionem enim sicut & per dispensationem perpetuam, privatus depositus fructibus beneficii, non tamen beneficii titulo quia nullibi est cautum; quinimo contrarium videtur colligi ex c. 2. de penis in 6. ubi degradationi solemniter tributur privatio ordinis, beneficii, & privilegii clericalis, non verò depositioni, venit tamen depositus privandus beneficio, & ferè semper privatur; siquidem privatur in perpetuum officio, ratione cuius beneficium conceditur. Sicuti advenit Panormitan. in cap. veritatis numero 3. de dolo, & contumacia. Sylvest. verbo *degradatio in princip.* Suarez de censur. disp. 30. sect. 1. a. num. 4. Layman. 1. lib. 1. sum. tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 2. & 3. Dum autem beneficium non spoliatur, debent depositio alimenta ex fructibus beneficii assignatione cum opprobrio Clerici mendicare cogantur, ut dixit Felin. in cap. ex parte de accusat. num. 4. Suar. disp. 30. sect. 1. num. 3. & 4. Sayrus, lib. 4. thesauri conscient. cap. 2. in fine. Stephan. Davila, 4. p. disp. vn. dub. 1. conclus. 3. Paul. Layman. lito citato. Quinimo Sayrus, & Auila censent hæc alimenta subministranda esse etiam post beneficii spoliacionem. Sed rectius contrarium docuit Covarruv. 3. var. cap. 1. numero 8. Bonac. de censur. 1. disp. 4. punct. vn. num. 8. quia sibi impunitate debet depositus eam quam patitur necessitatem, neque in Clerici opprobrium cedit, quòd sic depositus hac alimentorum privatione puniatur, maxime cum post depositionem incorrigibilis existit, uti advenit Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 3.

Hæc depositio simplex, & absoluta Clericum privilegio fori, & canonis non denudat, nisi expressè in sententia exprimat, uti colligitur ex cap. cum non ab homine de iudiciis, ubi post degradationem verbalem, non traditur deliquens curiæ seculari, nisi crescat contumacia, & incorrigibilis existat. Et in c. 2. de penis in 6. degradationis actuali, & realis sed non verbali annexitur privatio clericalis privilegii. Atque ita

docent Abbas in cap. ut si clerici. §. de adulterijs num. 2. de iudicijs. Nauarr. cap. 27. num. 8. Bernard. Diaz pract. cap. 11. g. Suar. disp. 30. sect. 1. num. 8. Stephan. Davila, 4. p. disp. vn. dub. 1. §. tertio sequitur. Bonac. 1. 1. disp. 4. de censur. punct. vn. num. 3. Barboia plures referens. 3. p. de potest. episcop. allegat. 110. numero 3.

Restringitur autem prædicta doctrina, nisi post depositionem Clericus in eodem crimine, vel simili perseveret, cuius correctionem Ecclesia sub excommunicatione præceptisnam eo ipso videtur privilegio clericali denudatus, & seculari potestati puniendus tradi, ut potè incorrigibilis ex doctrina Abbatis dicto cap. cum non ab homine. num. 28. de iudicijs, quem sequitur Sylvest. verbo *degradatio*, q. 6. num. 8. Auila 4. p. disp. vn. dub. 1. Bonac. disp. 4. punct. vn. numero 3. Sed hæc restrictio ad summum veritatem habet post incorrigibilitatis declarationem; quinimo satis probabile est opus esse non solum sententia declaratoria incorrigibilitatis, sed etiam privativa dicti privilegii: eo quòd nullibi videatur eorum clericale privilegium ob incorrigibilitatem amitti. Sicuti indicat Glossa in dicto cap. cum non ab homine, vers. postmodum. Et tradit Tolet. lib. 1. cap. 50. §. adverte. Suarez disp. 30. sect. 1. numero 7. & 8. Paul. Layman. lib. 1. sum. tractat. 6. part. 5. cap. 5. num. 3.

Crimina autem ob quæ Clericus deponi in perpetuum potest, enumerant Doctores in dicto cap. cum non ab homine de iudicijs. Sylvest. verbo *crimen*, & verbo *degradatio*, q. 4. Nauarr. cap. 27. num. 148. Henric. lib. 1. 3. cap. 5. num. 3. Steph. Davila 4. p. disp. vn. dub. 3. Saas, verbo *depositio*, num. 2. Bonac. 1. 1. de cens. disp. 4. punct. vn. n. 6. adulterium, stuprum, furtum, homicidium, & iis maiora. Sed quamvis ob hæc crimina antiquitus depositio imponenda esset: quia Ecclesiastica disciplina amplius vigebarat præsentis tempore existimo ob hæc crimina simpliciter depositionem imponi non debere, nisi ex obiecto, aut ex circumstantiis scandalosa, & atrocita, sicut ut esset homicidium voluntarie paratum, cum poena irregularitatis plerumque indispensabilis ei annexa sit furtum Ecclesiæ in graui quantitate, adulterium, & stuprum quibus iure civili poena mortis indicta est. Sicuti colligitur ex Abbate in dicto cap. ut si clerici, num. 3. & sequentib. Paul. Laym. lib. 1. sum. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 2. Auila, Saas, Bonac. loc. allegatis. Notorius concubinitus si post monitiones, & privationem fructuum, & proventuum, imò & beneficiorum perseveret, sufficientem causam depositioni perpetuæ præbet. Vti colligitur ex cap. si autem clerici de cohabit. clericor. & mulier. Et apertius ex Conc. Trident. sess. 22. decreto de observandis, & sess. 25. c. 14. de reformat. Et tradit Abbas dicto c. ut si clerici, num. 3. Bonac. disp. 4. punct. vn. num. 6. Paul. Layman. dicto cap. 5. num. 2.

Si verò de poena degradationis loquamur, degradatio Clericum de grada, & statu Clericorum deicit. Est enim quedam authentica & solemnitas privatio officij, beneficii, & cuiusvis Ecclesiastici privilegij. Vnde degradatus in potestatem secularem transit, à qua capi, incarcerari, & puniri ob crimina potest, sicut quilibet alius laicus, in quo à simplici depositione differt. Sicuti notavit Glossa in cap. 2. verbo *privilegio clericali de penis in 6.* Abbas cap. cum non ab homine, num. 5. de iudicijs. Sylvest. verbo *degradatio*, q. 6. Iulius Clarus cum additionib. pract. crimin. q. 74. n. 4. Paul. laym. 1. sum. tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 3.

Degradatio quæ à depositione simplici distinguitur duplex est alia verbalis, alia realis, & actualis. Verbalis est quæ fit per sententiam authenticam & solemnem; realis quæ hanc sententiam aliquibus ceremoniis, & ritibus exequitur, uti colligitur ex d. cap. 2. de penis in 6. & Conc. Trident. sess. 13. c. 4. de reformat.

Hanc degradationem comparatione Episcoporum solus summus Pontifex præstare potest, uti probat Textus in c. accusatus. Cap. quamvis. 3. q. 6. Et notavit Panormit. cap. grane nimis de Præbendis, n. 4. Cap. non potest, num. 5. de sentent. & re iudic. Cognitio causæ debet fieri per Metropolitanum convenientibus Episcopis totius provincie, qui ad minus debent esse duodecim, ultra Metropolitanum, uti advenit idem Panormit. in dicto cap. non potest. Henric. lib. 1. 3. cap. 5. c. num. 2. Auila 4. p. disp. vnica, dub. 4. conclus. 2. Item in Religiosos exemptos nullus alius præter Pontificem sententiam degradationis ferre potest, nisi fortè ex consuetudine, vel privilegio eorum Prælatore regulari ea potestas competat, ut tradit Nauarr. lib. 5. consil. cons. 8. de Regularib. num. 3. Sed Auila 4. p. de censur. disp. vn. dub. 2. conclus. 2. affirmat nullum tale privilegium in compendio Minorum iuvenisse. At in compendio privilegiorum Societatis Iesu verbo *Prælatore* §. 3. est privilegium quod ad hunc casum extendi potest. Comparatione autem aliorum clericorum, Episcopus proprius est qui potest sententiam degradationis ferre, etiam si consecratus non existat. Quinimo ex eius delegatione à simplici Sacerdote fieri potest, quia non est actus ordinis, sed iurisdictionis; uti colligitur ex Conc. Trid. sess. 13. c. 4. de reformat. Et tradit Suarez disp. 30. sect. 1. n. 18. Auila 4. p. disp. vn. dub. 2. conclus. 4. Bonac.

Bonac. t. 1. disp. 4. de censur. pun. vn. n. 10. & t. 1. Paul. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 3. Coninch. disp. 16. num. 6. Ex quo fit Capitulum Sede vacante per suum Vicarium electum hanc sententiam degradationis ferre posse, quia succedit Episcopo in his quæ ad iurisdictionem pertinent; & notauit ... tract. de officio, & potest. Capit. Sede vacante, in prime. Et la- tius agens de hæreticis Stephan. Dauila d. 4. p. disp. vn. dub. 2. §. secundo sequitur, tamen contra sentiant Panormit. in cap. ut si clerici s. de adulteris, verbo sed circa hoc de iudicio. Et cap. transmissam de elect. circa finem, & fauent omnes illi qui cen- sent sententiam degradationis ad solum Episcopum conse- cratum pertinere, ex quibus sunt Immola in suprad. cap. trans- missam. Sarmiento, lib. 1. sect. 1. cap. 14. num. 9. vers. verum est. Didacus Perez, libro 8. ordinam. tit. 4. lege 3. col. 17. in fine.

Ad hanc degradationem authenticam, & verbalem quam actualis plerumque subsequitur, plura requiruntur. Si enim hæc degradatio facienda est alicuius Clerici in minoribus Ordinibus constituti, sufficit proprius Episcopus, vt decidit cap. 2. de Pœnis in 6. Debet tamen fieri præsentibus aliquibus de clero, Capitulum repræsentantibus, alioquin sententia erit irrita, cap. penult. l. 5. q. 7. & cap. 1. de excessib. prelator. nisi forte aliud consuetudine fuerit introductum: vti notat Glossa communiter recepta in d. cap. 2. de Pœnis in 6. verbo presentia. Suar. disp. 30. sect. 1. num. 19. Paul. Layman. tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 4. Quid si sententia degradationis ferenda sit aduersus Clericum in sacris, requiruntur ex cap. felix, & cap. si quis, l. 5. quest. 7. plures Episcopi; nam pro degradatione Episcopi duodecim requiruntur: lex pro Presbyteri degradatione, tres pro degra- datione Diaconi, & Subdiaconi. Sicuti notauit Iulius Clar. pract. crimin. lib. 5. q. 74. Coninch. disp. 16. num. 8. Bonac. t. 1. disp. 4. de censur. p. vn. num. 12. Hæc tamen moderata sunt pro crimine hæretici in cap. 1. de hæret. in 6. vbi in degradatione hæretici profertur non est opus Episcoporum assistentia, sed conuocatis Abbatibus, seu Prelatis, aliisque viris doctis ex eorum consilio potest Episcopus, seu Inquisitor ad degra- dationis sententiam procedere, & generaliter pro omni cri- mine. Sess. 23. cap. 4. de reformat. Concil. Trident. vbi decidit loco Episcoporum sufficere totidem Abbates vsum mitræ, & baculi habentes cum proprio Episcopo, eiusque prouisor, vel si commodè reperiri Abbates non possint, totidem personas graues iuris scientia commendabiles, & in dignitate Eccle- siastica constitutas. Hæc autem intelligenda sunt pro degra- datione inferiorum Episcopi; nam pro degradatione Episcopi nihil Concil. Trident. ex his quæ iure antiquo ita- tuta sunt, mutauit. Sicuti aduertit Coninch. disputatio. 16. nu- mero 9.

Hi autem assistentes etiam post Concilium habent votum decisiuum, & non tantum consultiuum, vti tradit aliis relatis August. Barbosa 3. p. de potest. Episcopi alleg. 110. num. 2. Suar. disp. 30. de censur. sect. 1. num. 20. Auila 4. p. disp. unica. dub. 5. in fine. Henric. lib. 13. cap. 5. num. 2. Coninch. disp. 16. numero 8. Ratio est, quia ex iure antiquo Episcopi assistentes erant lu- dices, vt colligitur ex cap. 3. de sentent. & re iudic. Et notat ibi Glossa, & indicatur in cap. fin. l. 5. q. 7. Et in cap. si quis. Cap. felix eadem causa, & q. Sed in Concilio solum immutatum est, vt loco Episcoporum succedant Abbates, vel alie personæ do- ctæ, & in dignitate constitutæ, non autem est immutatus mo- dus assistendi qui prædictis erat concessus. Ergo si ante Con- cilium Iudices erant in cause cognitione, & sententiæ prola- tione, etiam post Concilium esse debent. Quinimo videtur requiri, vt omnes hi assistentes simul cum Episcopo conueniant: siquidem cap. non potest. de sentent. & re iudic. dicitur non posse ad Sacerdotis degradationem procedi, & idem est de Diacono, nisi fuerit concors assistentium sententia. Arque ita tradit Abbas d. cap. non potest. num. 16. Felin. ibi. num. 16. Bonac. aliis relatis disp. 4. pun. vn. num. 14. In crimine autem hære- sic, seruanda est praxis statuta in cap. 2. de Hæretic. in 6. vt di- ctum est.

Huic degradationi authentica succedit actualis degra- datio, quæ est solemnis executio præfata sententiæ degradationis, sitque necessariò ab Episcopo consecrato, quia est actus non solum iurisdictionis, sed ordinis ex Ecclesiæ institutione consecrationi Episcopali annexus. Sicuti tradit Glossa com- muniter recepta in cap. transmissam, verbo de talibus. Abbas num. 4. de elect. Tol. lib. 1. cap. 50. Suar. disp. 30. sect. 1. num. 18. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 12. Bonac. disp. 4. part. vn. numero 11. Coninch. disp. 16. num. 9. & in fine. Paul. Layman. lib. 1. summa tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 5. Et licet Bonac. t. 1. disp. 4. pun. vn. num. 11. probabilis existimet huius degradationis ministrum Episcopum proprium esse debere, neque posse alteri Episco- po consecrato vices suas committere, ductus illis verbis Con- cilij. Et per seipsum etiam ad actualem, & solemnem degra- dationem etc. verus censeo alieno Episcopo committi hoc munus posse, quia verba Concilij, Per seipsum, denotant non posse per Vicarium non consecratum fieri, non tamen excludunt quin per alium Episcopum consecratum fieri possit, vt bene notauit Suar. d. sect. 1. n. 18. Paul. Laym. d. c. 5. n. 5.

Forma actualis degradationis præscribitur in capite 6. de 16 Pœnis. in 6. & in Pontificali Romano. Quippe Episcopus degradaturus debet esse Pontificali indutus, degradandus ve- rò ornatus similiter debet esse vestibus, aliisque omnibus quæ requisita fuerunt pro susceptione, & vti illius Ordinis, quo degradatur, quæ Episcopus publicè singula aufert vsque ad vestem qua prima tonsura suscipitur, & tunc tenditur, & caput radiatur, non vestigium clericalis status videatur relin- qui, & interim aliqua verba sunt profertenda quæ effectum declarent, & quibus terror astantibus inueciatur, vt in supra- dicto cap. 2. cauetur. Ad hanc actualem degradationem præ- sentia Episcoporum, vel Abbatum non est necessaria, quia nullibi cautum est. Sed Episcopus per seipsum exequi potest. Sicuti notauit Syluest. verbo degradatio. num. 1. in fine. Sayrus. lib. 5. thesauri. cap. 22. n. 7. Suar. disp. 30. sect. 2. num. 6. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 3. cap. 5. n. 4. tamen contrarium censet. Bonac. disp. 4. p. vn. n. 16.

Hæc degradatio frequenter fit præsentem Iudice seculari, cui degradatus priuilegium clericalibus exutus puniendus tra- ditur; apud quem Iudex Ecclesiasticus post degradationem efficaciter, hoc est serio, & ex animo interpellat, vt cura mortis periculum sententiam circa cum moderari velit, quam intercessionem præstat, non videatur Ecclesiæ necem delin- quentis experire, vti dicitur e. nouimus de verbis, significat. & notauit Laym. lib. 1. sum. tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 1. Item de- bet fieri in Ecclesiâ, seu oratorio, vt colligitur ex cap. Episcopus. 11. q. 3. vt sic spoliatio clericalis status susceptioni illius correspondeat, & res per quasque causas nascitur per cal- dem dissoluantur, & tradit Geminian. in c. degradatio. num. 7. de Pœnis. Archid. & Ancharran. ibidem. Bonac. disp. 4. p. vn. n. 16.

Crimina ob quæ Clericus in sacris degradandus actualiter venit. Sunt primò hæretici si in ea conuinxerit. Cap. ad ab- olendum. Cap. excommunicamus de hæretic. & cap. 1. eodem tit. in 6. Vel si in eam relapsus sit, tamen velis se corrigere ex dicto cap. 1. ad abolendum. & cap. super eo de hæreticis in 6. Sicuti tradit Glossa ibi. Mol. tract. 3. disp. 49. num. 15. August. Bar- bosa 3. p. de potest. Episc. alleg. 110. num. 111. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 16. Bonac. disp. 4. p. vn. n. 6. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 3. cap. 5. num. 6. Secundus falsificatio litterarum Apo- stolicarum. Cap. ad falsiorum de crimine falsi, nisi forte Pon- tificis penam mortis in perpetuum carcerem commutet, iux- ta Textum in cap. nouimus. §. pro illo de verbis, significat. Et tradit Panormit. cap. ut si clerici. num. 37. de iudicio. Sayr. num. 27. Bonac. Laym. Barbosa locis allegatis. Hunc casum extendit lex regia c. tit. 6. part. 1. ad falsarios litterarum, vel sigilli Regij. Sed Gregor. Lopez ibi aduertit hunc non esse degra- dandum actualiter, sed solum in perpetuum deponendum, cuius sententia sustineri potest, cum falsificatio non credit in alicuius graue præiudicium ex doctrina Menochij de arbit. casu 306. a. num. 10. Tertio sodomia non fœderi, sed ali- quæ commissa ex constitutione 70. Pij V. contra sodomitas, in qua omnes Clerici sæculares, & Regulares cuiuscunque gra- dus, & dignitatis (etiam Episcopi, ac Cardinales sunt) tam diu nefas exerceant, omni priuilegio clericali, omni que officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico eiusdem Cano- nis auctoritate priuantur: & tradit Nauarr. cap. 27. num. 249. Bernard. Diaz pract. cap. 80. Iacob. de Grassis lib. 2. de sac. cap. 90. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 21. Barbosa allegat. 110. num. 9. Et alij. Quarto calumnia, seu conspiratio in proprium Episcopum. Cap. si quis sacerdotum. l. 9. §. 1. Sed hoc intelligendum est, si incorrigibilitas accedat ex Glossa communiter recepta ibi, verbo mox. & in cap. si quis sunt, verbo recuperatores l. 9. q. 7. Et in cap. nouimus, verbo tradatur de verbis, significat. Et tradit Panormit. in d. cap. ut si clerici. num. 37. de iudicio. Syluest. verbo degradatio. q. 2. Sayr. lib. 5. c. 22. n. 18. Tol. lib. 1. cap. 50. Auila 4. p. disp. vn. dub. 1. 3. Laym. lib. 1. tract. 5. par. 3. cap. 5. circa finem. Barbosa, allegat. 110. num. 12. Si enim ob homicidium simplex non traditur Clericus seculari potestati puniendus cap. cum non ab homine de iudicio, nec etiam ob contume- liam, seu conuictum Episcopo irrogatum tradi debet.

Sed an ob alia crimina possit Clericus maximè si Sacerdos sit, vel Religiosus degradari, & curiæ seculari committi, illo incorrigibilis non sit, dissentiant Doctores. Nam Ber- nard. Diaz pract. cap. 90. & cap. 132. alios referens Iulius Cla- rus lib. 5. quest. 36. num. 31. Lellius Zechus tract. de priuileg. Ec- clesiast. priuileg. 79. numero 7. Boilius tract. crimin. ritul. de fore. compet. num. 135. & 136. Scatia de iudic. l. p. cap. 11. num. 60. & 61. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 20. & alij, negant posse Cleri- cum maximè Sacerdotem, vel Religiosum ob alia crimina præter quatuor supra dicta in iure expressa, tradi curiæ seculari, quin incorrigibilitas præcedat. Argum. cap. cum non ab homine de iudicio. At Abbas in dicto cap. cum non ab homine, & cap. ut si clerici. num. 39. Syluest. verbo degradatio. q. 2. Tol. lib. 1. cap. 50. vers. tertia. Perez, lib. 8. ordinam. tit. 4. §. 3. c. 1. Molina tract. 3. disp. 49. num. 19. Bonac. disp. 4. de censur. pun. vn. n. 6. Barbosa de potest. Episc. 3. p. alleg. 110. num. 13. & alij relati a Gouarru. lib. 5.